Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



beorũ·II·

207

missi sue colloqui vobiscum. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octavo Dioscori die xxv mensis Xanthicus et gerra Regis aut epistola ista continebat. Rex Antiochus Lysie suo salutem. Patre meo modo deos coelestes nos volentes eos quos sue regni sui commutari agere et rebus suis adhibere diligentiam audiuimus Iudeos non consensisse prout uestri ad meum gerere se uelle sui institutum ac preterea postulare a nobis concedi sibi legitima sua. Volentes igitur hanc quoque gentem esse sine turbatione iudicauimus templum restitui illis ut agerent secundum morem suorum. Bene igitur feceris si misereris ad eos. et dexteras dederis ut consentiant mihi volentes bono suo se et ualetudinibus prouisos deseruiant. Id Iudeis autem Regis epistola talis erat. Rex Antiochus Senatui Iudeorum et ceteris Iudeis salutem. Si valetis sic esset ut volumus. Sed et ipse bene valemus. Dixit nos Menelaus dicens velle vos descendere ad nos quos apud vos. Hinc igitur quos conueniat usque ad diem tertium mensis Xandicus id est Aprilis dantur dexteras securitatis ut Iudei utantur cibis et legibus suis sicut et prius. et nemo eorum quo modo molestia fiat. de his quos putauimus autem et Menelaum quod vos alloquatur. Valete. Anno centesimo quadragesimo octauo mensis Xandicus die quintadecima. Misserunt eam Romam epistolam ista et Quintus Memmius et Titus Manlius legati Romanorum gente Iudeorum salutem. De his quos Lysias cognatus regis concessit vobis et nos concessimus. De quibus autem ad regem iudicauit referendum confestim aliquem mittite diligentiam habentes nos conferamus ut decernamus pro eis quae vobis. Nos enim Antiochiam accedimus. Propterea festinate rescribere ut nos quoque sciamus cum esse voluntas. Bene valete.

XII

12

Anno centesimo quadragesimo octauo quintadecima die mensis Xandicus hiis factis pactionibus Lysias peiebat ad Regem Iudei autem agriculturae operam dabant. Sed et hii quos reliquerant Timotheus et Apollonius Gennei filius. Sed et Seruilius et Demophon cum his. et Nicanor Cypri archon non sinebant eos tranquillos agere et quiete. Ioppite uero tale quoddam flagitium perpetrarunt. Rogauerunt Iudeos cum quibus habitabant ascendere cum suis coniugibus et filiis qui nullis iniuriis